UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Censvra Ordinarii.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55672

Visual Library

delicatè exponat, ut velut promuſcondus in hoc Opere velut in lauta & opipara quadam menſa varios cibos ſpirituales delicatè præparatos, & doctiſſimo calamo ſuo & religioſo exemplo optimè conditos ab intellectus ſui penuario expromere videatur. Ac proinde præſens Opus, utpotè còmmuni bono promovendo valde utile & proficuum digniſſimum eſſe cenſeo quòd per typos publici juris fiat. E noſtro Monaſterio S. Spiritus Florentiæ hac 12. Novembris Anno 1650. In quorum fidem &c.

Magiſter Nicolaus Peloſi Auguſtinianus.

Opus quod QUADRAGESIMALE *nuncupatur ab Admodum Reverendo Patre Magiſtro Auguſtino de Paolettis Ilcinenſi Ordinis Eremitarum S. Auguſtini elucubratum Reverendiſſimi Patris noſtri Generalis juſſione impellente, ego infraſcriptus ſedulo evolvi, ac diligenter perlegi. In eo omnia ita affabrè diſpoſita, doctrina ſolida, claritate mirabili referta reperi, ut nihil doctius, uberius nihil exoptari queat. Quare ut Typorum umbris lucem afferat, ſicque ad publicam utilitatem in lucem prodeat approbo, & commendo. Florentiæ 5. Novembris. 1650.*

Frater Horatius Bartolonus Florentinus Studii S. Spiritus de Florentia Regens.

CENSURA ORDINARII.

QUADRAGESIMALE, ſive Conciones quas linguâ Italicâ celebravit & in lucem emiſit Adm. R. P. Magiſter Auguſtinus Paolettus SS. Th. Doct. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, nihil Fidei Catholicæ aut bonis moribus contrarium continent, ſed ad pietatem in omnium animis excitandam plurimum valent, nunc potiſſimum, quando eas ſingulari eruditione, elegantia, & zelo in latinam linguam transferendo illuſtravit Adm. R. & Eximius P. Jacobus Emans Ord. FF. B.mæ V. MARIÆ de Monte Carmeli Provinciæ Allemanniæ inferioris Provincialis in Univerſitate Colonienſi SS. Theol. Doctor & Profeſſor, ut eas meritò imprimendas cenſeam. Coloniæ 2. Auguſti Anno 1662.

FERDINANDUS STROBELIUS *SS. Theol. Doctor. Canonicus Metropolitanus, Librorum Cenſor ordinarius.*